UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XXII. Studium precandi, & cultus festi Paschalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

A

Caput XXII.

Studium precandi & cultus feſti Paſchalis.

Ipſe verò utpote ſacrorum myſteriorum particeps, in intimis palatii ſui penetralibus quotidie ſtatis horis ſeſe includens, remotis arbitris ſolus cum ſolo colloquebatur Deo; & in genua provolutus, ea quibus opus haberet ſupplici prece poſtulabat. In ipſis autem ſalutiferæ feſtivitatis diebus, diſciplinæ atque exercitationum vigorem intendens, cunctis animi & corporis viribus collectis, pontificis atque hierophantæ munere fungebatur. Et ipſe quidem ceteris omnibus præibat ad feſti celebrationem. Sacram autem vigiliam in diurnum ſplendorem converterat, accenſis tota urbe cereorum quibuſdam columnis per eos quibus id operis erat injunctum. Lampades quoque accenſæ cuncta paſſim loca illuſtrabant; adeò ut hæc myſtica vigilia quovis vel ſplendidiſſimo die ſplendidior redderetur. Simul verò ac dies illuxerat; Servatoris noſtri beneficentiam imitari ſtudens, univerſis gentibus, provinciis ac populis largam manum porrigebat; opulentiſſima donans omnibus munera.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Σπουδὴ προσευχῆς, καὶ τιμὴ τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς.

Αὐτὸς δ' οἷά τις μέτοχος ἱερῶν ὀργίων, ἀπορρήτοις εἴσω τοῖς αὐτοῦ βασιλείων ταμείοις, καιροῖς ἑκάστης ἡμέρας τακτοῖς αὐτὸν ἐγκλείων, μόνος μόνῳ τῷ αὐτοῦ προσωμίλει Θεῷ. ἱκετηρίαις τε δεήσεσι γονυπετῶν, καὶ ἐδυσώπει ὧν ἐδεῖτο τυχεῖν· ταῖς δὲ σωτηρίου ἑορτῆς ἡμέραις ἐπιτείνων τὴν ἄσκησιν πάσῃ ῥώμῃ ψυχῆς καὶ σώματος θείας ἱερο-

B

φαντίας ἐτελεῖτο, ὧδε δὴ τοῖς πᾶσι τῆς ἑορτῆς ἐξάρχων. τὴν δ' ἱερὰν διανυκτέρευσιν μετέβαλλεν εἰς ἡμερινὰ φῶτα, κηροῦ κίονας ὑψηλοτάτους καθ' ὅλης ἐξαπτόντων τῆς πόλεως τῶν ἐπὶ τούτῳ τεταγμένων· λαμπάδες δ' ἦσαν πυρὸς, πάντα φωτίζουσαι τόπον. ὡς λαμπρᾶς ἡμέρας τηλαυγεστέραν τὴν μυστικὴν διανυκτέρευσιν ἀποτελεῖσθαι· διαλαβούσης δὲ τῆς ἑωθινῆς σωτηρίου εὐεργεσίας μιμούμενος, πᾶσιν ἔθνεσιν λαοῖς τε καὶ δήμοις, τὴν εὐεργέτιν ἐφήπλου δεξιὰν, πλούσια πάντα τοῖς πᾶσι δωρούμενος.

C

Caput XXIII.

Quomodo idolorum cultum prohibuit, Martyrum autem feſta honoravit.

Hoc igitur modo ipſe Deo ſuo ſacra faciebat. Ceterùm cunctis ſub Romano Imperio degentibus, tam plebeis quam militibus, occluſæ erant fores cultus ſimulacrorum, & quodvis ſacrificiorum genus interdictum. Miſſa quoque lex eſt ad Præſides provinciarum, ut diem dominicum etiam ipſi venerarentur. Iidem feſtos martyrum dies juſſu Principis obſervabant, & Eccleſiaſticarum feſtivitatum tempora debito honore proſequebantur. Quæ quidem omnia ſummo cum Imperatoris peragebantur gaudio.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Ὅπως εἰδωλολατρείαν μὲν ἐκώλυσε, μάρτυρας δὲ καὶ ἑορτὰς ἐτίμα.

Οὕτω μὲν οὖν αὐτὸς τῷ ἑαυτοῦ ἱεράτευε Θεῷ. καθόλου δὲ τοῖς ὑπὸ τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ δήμοις τε καὶ στρατιωτικοῖς, πύλαι ἀπεκλείοντο εἰδωλολατρείας, θυσίας τε τρόπος ἀπηγορεύετο πᾶς· καὶ τοῖς κατ' ἔθνος δ' ἄρχουσιν ὁμοίως τὴν κυριακὴν ἡμέραν νόμος ἐφοίτα

D

γεραίρειν τῷ νεύματι βασιλέως, καὶ μαρτύρων ἡμέρας ἐτίμων, καιροὺς θ' ἑορτῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐδόξαζον. πάντα τε βασιλεῖ καταθυμίως τοιαῦτα ἐπράττετο.

Caput XXIV.

Quod rerum externarum quaſi Epiſcopum ſe eſſe dixit.

Quocirca non abſurdè, cùm Epiſcopos aliquando convivio exciperet, ſe quoque Epiſcopum eſſe dixit, his fere verbis uſus nobis præſentibus. Vos quidem, inquit, in iis quæ intra Eccle-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Ὅτι τῶν ἔξω πραγμάτων, ὥσπερ ἐπίσκοπον ἑαυτὸν εἶπεν εἶναι.

Ἔνθεν εἰκότως αὐτὸς ἐν ἑστιάσει ποτὲ δεξιούμενος Ἐπισκόπους, λόγον ἀφῆκεν, ὡς ἄρα εἴη καὶ αὐτὸς Ἐπίσκοπος. ὧδέ πη αὐτοῖς εἰπὼν ῥήμασιν ἐφ' ἡμετέραις ἀκοαῖς. ἀλλ' ὑμεῖς μὲν

τῶν